Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum tenutarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et aemularum per totum tempus tenutae eiusmodi tueri defendere evincere Solvereque per se et per submissas personas non minuiare sub vadiis simili aliarum Viginti Sexagenarum Polon. Et Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptorie Responsione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ubi abscribendo et abrenunciando. Sub amissione suis eorumque successorum totius et integrae causae. Recognitio a donatoribus facta.

Eiusdem Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Mathiae Olszewski de Radziszewo Sioleniec sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilis Mathias olim Alberti Olszewski de ibidem haeredi et ipsius successoribus Totam et integram sortem suam Omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium in haereditate Radziszewo Siole sitorum per olim Nobilem Mathiam Olszewski parentem suum a Nobilibus Petro et Anna filio et filia olim Stanislai Brzyrudek Radziszewski ex olim Nobili Barbara Poblinowska genitis tum et a Nobili Martino olim Danielis Poblinowski iure perpetuo donationis quaesitam et super se ac-cognoscentem inter alium sibi spectantem et concernentem cum agris pratis campis Sylvis rubetis gaijs et Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinentijs et pertinentijs Nullis exceptis in Undecim Sexagenis Polon. ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos offerentem acceptandam dat et admittit Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum tenutarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et aemularum per totum tempus tenutae eiusmodi tueri defendere evincere Solvereque per se et per submissas personas non minuiare sub vadiis simili aliarum Undecim Sexagenarum Polon. Et Coram officio Castren. [illegible] in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ubi abscribendo et abrenunciando.

Kosk Piętki Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparentes Nobiles Jacobus olim Laurentij Joannes olim Viti Joannes filius Nobilis Jacobi Matias Natu Senior et Gregorius annorum Quindecem filij olim Josephi Piętka ipse autem Gregorius cum fratre suo astante Nec non Helizab[illegible] filia olim Stephani Piętka consors Nobilis Stanislai Zera cum eiusdem Mariti sui personaliter astante et consensu praesentaneo Sani mente et corpore existentes palam ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Joannis Kosk de Piętki Zeligi haeredi et ipsius successoribus Bonorum suorum immobilium in haereditate Piętki Basie sitorum in Manso Communi Sulcum Unum hyemalem a granicie Szepietowska ad granicium Ecclesiae Rutkie tendentem per quatuor campos extendentem inter terras eiusdem Joannis ex altera parte iacentem In alio campo hyemali

Quindecem